

realiter abesse. Major constat, Minor probatur. Si aliquis non attendat actualiter ad presentiam objecti realiter presentis, sedum abstractivè ipsum cognoscet, non oblitante reali & physica presentia talis objecti: Ergo cognitio abstractiva potest terminari ad objectum realiter & physice presens cognoscendum.

281. Respondendo negando principale Antecedens, & ad primam ejus probationem, nego Majorem, & ad illius probationem, nego Antecedens, notitia enim rei habite per propriam speciem, terminata ad ejus essentiam, existentiã, durationem, ceteraque accidentia, si durationem antecedit existentiã objecti, non erit intuitiva, sed abstractiva: quia licet omnino non abstractat ab existentia rei, abstractat tamen ab illa ut actu extra causas exercitã.

282. Ad secundam nego Antecedens, & ad illius probationem dico, cognitionem propheticam tantum participare certitudinem divine presentiam, non vero illius evidentiam & intuitionem: quemadmodum cognitio fidei participat supernaturalitatem & certitudinem divine cognitionis, abique eo quod ejus evidentiam & claritatem participet. Unde ad exemplum de charitate, creata quod asseritur, neganda est paritas; etenim caritas secundum se nullatenus exhibet presentiam aut absentiam physicam objecti quod diligit, sicut cognitio intuitiva petit physicam & realem coexistentiam sui objecti.

283. Ad tertiam, dato Antecedente, nego Consequentiam & paritatem. Ratio discriminis est, quia absque coexistentia locali salvatur terminatio ad objectum, ut extra causas exercitã existens: quæ tamen non salvatur absque coexistentia in aliqua duratione.

284. Ad quartam, distinguo Antecedens. Res existentes in hoc mundo visibiles, sunt absentes respectu Angelì qui in celo existit, absentia aut distantia locali, concedo Antecedens. Sunt absentes absentia durationis excludente coexistentiam objecti cognoscibilis, nego Antecedens, & Consequentiam. Est ergo res in hoc mundo inferiori existens, distans localiter ab Angelo existente in celo Empyreo: non tamen sunt extra spheram presentiam cognitionis Angelicæ; nam cum cognitio Angelì sit pure intellectualis, nullatenus dependens a sensibus, non impeditur ab attingentia immediata objecti cognoscibilis, per absentiam localem; ideoque ut Angelus intuitivè videat aliquod objectum, non requiritur localis presentia, sicut existit ad humanam cognitionem, sed sufficit presentia durationis; ad est quod objectum in se existat, & coexistat in eadem duratione in qua existit cognitio terminata ad ipsum.

285. Ad quintam, nego Minorem, & ad illius probationem dico cognitionem Dei quia creatura producitur, esse priorem existentia ipsam, prioritate nature seu causalitatis, non vero prioritate temporis aut durationis: nam in eadem mensura durationis in qua verificatur existentia cognitionis intuitivæ Dei, simul verificatur existentia creaturarum; & hæc similitudo sufficit inter cognitionem intuitivam, & existentiam sui objecti, cum ratione hujusmodi similitudine absolute verificetur objectum coexistere cognitioni, etsi effective ab illa pendeat; licet enim specificativum cognitionis pure speculative, sit prius ipsa, non tamen specificativum cognitionis practice, cuiusmodi est cognitio divina, respectu existentie creaturarum.

286. Ad sextam respondeo Majorem esse veram in sensu specificativo, non vero in sensu reduplicativo, id est, licet divina cognitio, ut intuitiva, mensuratur æternitate, ut coexistens omni durationi veræ aut imaginariæ, non tamen habet quod sit intuitio illa coexistentia ad omnem durationem, sed solum ad illam in qua res physice presens & existens. Unde licet cognitio qua Deus cognoscit v. g. Antichristum ut presentem in nunc sue æternitatis, sit intuitiva illius, secundum quod tale nunc, ratione sue infinitatis, virtualiter se extendit ad illam differentiam temporis, in qua Antichristus erit aliquando presens & existens; non tamen est intuitiva, sed abstractiva, secundum quod illum cognoscit in nunc æternitatis, ut correspondet tempori presenti, quia sub illa æternitate virtualitate, Antichristus, cum non sit presens, sed futurus, non potest terminare cognitionem intuitivam, sed tantum abstractivam.

287. Ad ultimam, nego Minorem, & ad probationem illius dico, quod in casu proposito, quando videlicet cognoscens non attendit ad physicam, & realem presentiam objecti sedum presentiam applicatam, hujusmodi objectum non est presens formaliter & cognoscitive, sed tantum materialiter & entitative: nam in tali casu, est objectum secundum se habet sufficientem presentiam, comparatur tamen ad cognitionem ad se presens non esset, ideoque respectu cognoscens est formaliter abens, subindeque cognitio ad illud terminata, non est intuitiva, sed abstractiva. Sicut cognitio quam habeo de Petro presenti, clausis oculis, vere abstractiva est, licet ad objectum materialiter & entitative presens terminetur. Qui plura cupit, legat P. Dominicum Linze I. parte Philosophiæ rationalis, lib. 4.

q. 2. art. 5. ubi & perspicue & erudite questionem istam pertractat, obediendū non posse dari noticiam intuitivam rei absentis; pluraque in contrarium argumenta diluit, quæ brevitas causa prætermittimus.

ARTICULUS IX.

An presentia futurorum contingentium in æternitate, necessario requiratur, ut Deus habeat certam & infallibilem de illis scientiam, Insuperque si in decreto tantum illa presertim, certo & infallibiliter ea non cognoscatur?

288. Almanticensis hic disp. 3. dubio 4. afferunt, realem & physicam futurorum contingentium in æternitate presentiam, adeo necessariam esse, ut sine illa, neque conceptus intuitivus & invariabilis, nec ratio certitudinis & infallibilitatis in divina scientia salvari possint. E contra vero Joannes a S. Thoma disp. 18. art. 4. pluresque alii ex nostris Thomistis, docent talem presentiam non esse necessariam ad certitudinem divine cognitionis, sed tantum ad ejus invariabilitatem & intuitionem. Unde consequenter asserunt, quod licet Deus per impossibile futura contingentia solum in suo decreto, non vero in presentia sua æternitate, cognosceret, nihilominus certam & infallibilem de illis scientiam haberet.

§. I.

Quibusnam præmissis, vera sententia, triplici conclusione, declaratur.

289. Notandum primo, æternitatem divinam posse dupliciter considerari: nempe quatenus se tenet ex parte divini decreti, tanquam ejus mensura propria, & adæquata, & prout se tenet ex parte futurorum contingentium, ad quæ ratione sua infinitatis virtualiter se extendit, eaque sua suo vastissimo & infinito completitur, ac comprehendit, ut art. 7. fide expendimus. Quando ergo quaritur, an æternitas divina sit necessaria ad fundandam in Deo certam & infallibilem futurorum contingentium, hoc intelligi potest, vel de æternitate quatenus se tenet ex parte decreti, tanquam ejus mensura, vel prout se tenet ex parte futurorum, id est, quæ ratione sua infinitatis virtualiter se extendit. Unde in primis queri potest, an si decretum divinum non manifestetur æternitate, sed tempore, vel ævo, effect medium in quo Deus certo & infallibiliter futura contingentia cognoscet? Secundo, an supposito quod divinum decretum æternitate mensuratur, si tamen futura contingentia illi realiter non coexistant (quod tamen repugnat constat ex supra dictis) an tunc Deus in tali decreto, æternitate mensurato, futura contingentia certo cognoscatur?

290. Notandum secundo futura contingentia & libera dupliciter possit considerari. Primo per ordinem ad causas proximas & contingentes in quibus continentur v. g. floribus arboribus, per ordinem ad virtutem generativam plantæ, disputatio Petri, per ordinem ad ejus voluntatem. Secundo futura contingentia & libera possunt considerari per ordinem ad causam primam, omnino immutabilem & indefectibilem, & per ordinem ad voluntatem divinam, quæ mediante decreto, est prima causa futuritionis rerum. His præmissis,

291. Dico primo, æternitatem, quatenus se tenet ex parte divini decreti, illudque mensurat, esse necessariam ad fundandam in Deo certam & infallibilem futurorum contingentium scientiam.

292. Probatur conclusio ratione fundamentali. Ut aliquod medium fundare possit certam & infallibilem noticiam aliquis effectus, debet esse omnino invariabilis, & indefectibilis: sicut ut ex aliquo principio deduci possit conclusio demonstrativa, illud debet esse omnino infallibile, & immutabile: At si divinum decretum non mensuratur æternitate, sed tempore, vel ævo, non esset omnino immutabile, & indefectibile, cum ævum, & tempus, omnique mensura æternitate inferior, mutabilis sit, & defectibilis, saltem de potentia Dei absoluta: Ergo si divinum decretum non esset æternitate mensuratum, non posset fundare certam & infallibilem futurorum contingentium scientiam.

293. Confirmatur & magis declaratur hæc ratio. Si divinum decretum non esset æternitate mensuratum, sed illa mensura, ab intrinseco, vel extrinseco defectibilis, & mutabilis, antequam futura contingentia in propria mensura & duratione existerent, Deus non posset certo scire, an persisteret in suo decreto, usque ad illam durationem, an vero loco illius, oppositum decretum haberet: sequidem decretum illud, & ejus mensura, essent defectibilis: & sicut posset persistere, ita etiam posset non persistere usque ad prædictam durationem. Ergo quomodo decretum divinum sit omnipotens, & infinita virtute ac efficacia polleat: si tamen non esset ævum, nec æternitate, sed ævo, vel tempore mensuraretur: certam & infal-

infallibilem futurorum contingentium noticiam fundare non posset.

294. Dico secundo: Respective ad causas contingentes, nulla potest esse ratio certitudinis cognitionis divine, respectu futurorum contingentium, nisi illorum presentia in æternitate.

295. Probatur primo ex D. Thoma hic art. 13. ubi sic habet: Contingens aliquod potest dupliciter considerari: uno modo in seipso, secundum quod jam in actu est; & sic non consideratur ut futurum, sed ut presens; neque ad utrumlibet contingens, sed determinatum ad unum, & propter hoc sic infallibiliter potest subdici certæ cognitioni. Alio modo potest considerari contingens, ut est in sua causa, & sic consideratur ut futurum, & nondum determinatum ad unum, quia causa contingens se habet ad opposita; & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni. Quibus verbis nostram conclusionem & docuit & probavit.

296. Probatur secundo: Causa contingens, secundum se inspecta, est indifferens ad esse & non esse effectus quem continet: At in medio indifferens, nequit determinatum aliquid cognosci, ut supra contra Molinam art. 3. §. 6. ostendimus: Ergo solum potest terminare certam cognitionem, ut actu extra causas existit: Sed ab æterno non existit extra causas in propria duratione, bene tamen in æternitate, quatenus ipsa, ratione fide infinitatis, ad illam durationem & differentiam temporis, in qua aliquando extra causas debet exire, se extendit, ut supra declaratum est. Ergo respective ad causas contingentes, nulla potest esse ratio certitudinis cognitionis divine, respectu futurorum contingentium, nisi illorum presentia in æternitate: Videtur potest S. Thoma I. Perihem. lect. 13. & in I. dist. 38. q. 1. art. 5. q. 2. de verit. art. 12. & q. 12. art. 10. nec non 3. cont. Gent. c. 67. & 2. q. 171. art. 6.

297. Dico tertio, Presentiam futurorum in æternitate, non esse unicum medium in quo Deus illa certo & infallibiliter possit cognoscere: quare licet per impossibile, in æternitate Deo realiter non coexistere, ea tamen in suo decreto efficaci, æterno, & immutabili, certo cognoscatur.

298. Probatur primo ex S. Thoma hic art. 13. in corp. ubi sic ait: Omnia que sunt in tempore, sunt Deo ab æterno presentia, non solum ea ratione, qua habet rationem verum quod se presens, (ut quibusdam dicunt) sed quia ejus intuitus fertur ab æterno super ævum, prout sunt in sua presentia. Sentit ergo S. Doctor, rationem certitudinis cognitionis divine posse desumi ex ideis divinis, ut habent adjectum decretum: quæ, ut dicit Cajetanus, intelligit per objectivas rationes rerum.

299. Confirmatur ex eodem S. Doctore q. 3. de verit. art. 6. ubi docet omnia a divino intellectu cognosci in ideis: cum hoc tamen discrimine, quod idea respectu possibilium, est sola divina essentia, ut imitabilis a creaturis: respectu autem illorum que sunt, erunt, vel fuerunt, certo cognosci ab intellectu divino, ratione idearum, superaddito tamen decreto.

300. Probatur secundo ratione ex his locis desumpta. Medium infallibiliter conexum cum aliqua re, est sufficiens ratio infallibilis cognitionis illius: At decretum efficax divine voluntatis, indefectibile, & æternitate mensuratum, infallibiliter cum futuritione contingentium connectitur: Ergo ratione illius futura contingentia possunt certo cognosci, & consequenter physica illorum presentia in æternitate, non est unicum & solum medium, in quo Deus certo & infallibiliter ea possit cognoscere.

301. Confirmatur. Futura contingentia & libera, possunt certo cognosci in causis secundis prædeterminatis, ut supra art. 4. §. 3. in fine, ostensum est: Ergo a fortiori possunt certo præcipi in ipso divino decreto prædeterminante, a quo præmotio physica, & gratia efficax desumunt totam suam vim, & efficaciam, ac certitudinem, & infallibilitatem.

302. Confirmatur amplius: Contingentia conditionata, quorum conditio nunquam purificabitur, v.g. conversio Tyrionis, si Christus apud illos prædicaverit, certo cognoscuntur a Deo, ratione decreti conditionati, in quo fundatur illorum presentia, ut in disputatione sequenti ostendamus: Sed illa futura non sunt realiter presentia in æternitate; utpote nunquam extitura in aliqua differentia temporis, ad quam æternitas, ratione sue infinitatis, possit virtualiter se extendere: Ergo ad certam & infallibilem cognitionem futurorum contingentium, non requiritur necessario physica eorum presentia in æternitate, sed possunt in decreto efficaci divinæ voluntatis, absolute, vel conditionate, certo & infallibiliter cognosci.

§. II.

Solvuntur objectiones.

303. Objicies primo: D. Thomas I. cont. Gent. c. 67. docet quod ut contingens subdatur certæ cognitioni, requiritur ut habeat esse determinatum, & non possit non esse: si enim possit non esse, posset etiam falli cognitio: Thel. Genet. Tom. I.

unde cum contingens ut futurum, & ut contentum in suis causis, possit non esse, hinc infert D. Thomas, illud non possit certo cognosci ut futurum, subindeque ut terminet certam & infallibilem scientiam, debere cognosci in seipso, prout est presens in mensura æternitatis. Eadem doctrinam tradit hic art. 13. & in I. dist. 38. q. 1. art. 5. & de verit. q. 2. art. 12.

304. Respondendo primo, D. Thomam in hoc loco non considerare futura contingentia, per ordinem ad causam primam, in qua, ratione decreti efficaci & immutabilis, certo & infallibiliter continentur; sed solum respective ad causas secundas contingentes & mutabiles, & prout abstractant a divino decreto, eas determinante & applicante ad agendum, sub qua ratione non possunt esse medium, in quo Deus futura contingentia certo cognoscatur: ac prout inde, respective ad illas, nulla potest esse ratio certitudinis cognitionis divine, respectu futurorum, nisi presentia illorum in æternitate, ut in prima conclusione declaravimus.

305. Secundo responderi potest, D. Thomam in his locis solum velle demonstrare, quod scientia Dei respectu futurorum contingentium, non esset omnibus modis certa & infallibilis, si non terminaretur ad illa, ut sibi presentia, & coexistentia in æternitate; quia licet futura contingentia, prout substant absolute & efficaci decreto divine voluntatis, habeant certam & infallibilem futuritionem, ratione cuius possunt terminare certam noticiam; quando tamen considerantur ut presentia in mensura æternitatis, peculiariter habent certitudinem, ratione talis presentie, quam non habent a decreto; ex illa enim contrahunt necessitatem quandam essendi, non absolutam & antecedentem, quæ libertati opponitur; sed hypotheticam & consequentem; quæ illi non contrariatur; nam ut communitur dicitur, omne quod est, quando est, necesse est esse. Unde talis presentia tribuit futuris contingentibus modum quandam certitudinis & infallibilitatis, quæ non habent a decreto, & facit ut scientia visionis sit certa & infallibilis; non solum ratione medi in quo fundatur, sed etiam ratione objecti ad quod terminatur, quod quando videtur ut presens, est aliquo modo certius, quam dum cognoscitur ut futurum, & ut determinatum in causa prima, ratione decreti efficaci & absolute.

306. Objicies secundo contra eandem conclusionem. Presentia physica futurorum in æternitate, necessaria est ut cognitio divina ad illa terminata, sit omnino invariabilis, & immutabilis ex parte objecti: Ergo etiam requiritur, ut illa sit omnino & certa & infallibilis. Antecedens constat ex dictis articulo præcedenti, conclusione prima, Consequentia vero probatur. Non potest stare omnimoda certitudo divine cognitionis, si illa sit mutabilis, & variabilis ex parte objecti: Ergo si invariabilis cognitionis divine, sine reali futurorum in æternitate presentia, subsistere nequeat, non potest etiam sine illa stare ejus infallibilitas & certitudo.

307. Respondendo concessio Antecedente, negando Consequentiam. Ad cuius probationem dicendum est, quod stante variabilitate divine scientie ex parte objecti, potest nihilominus subsistere ejus infallibilitas & certitudo; ut constat in assensu fidei, & in cognitione prophetica, que licet variabilis sit, & mutabilis ex parte objecti, quod transire potest de futuro in presens, & de præsentem in præteritum, habet tamen omnimodam certitudinem & infallibilitatem, ratione medi in quo fundatur, divine scilicet revelationis, quæ est veluti quedam impressio, & participatio certitudinis divine scientie; juxta illud quod docet Tertullianus art. 2. supra relatus, Deum scilicet, tot habere testes sue presentie, quot fecit Prophetas. Unde quamvis invariabilis cognitionis divine, respectu futurorum, sine illorum presentia in æternitate subsistere nequeat, non licet inde colligere, eam etiam desiderari ex parte certitudinis & infallibilitatis, ita quod ea seclusa, futura cognitio in decreto absolute & efficaci non possit certo cognosci.

DISPUTATIO V.

De scientia conditionatorum.

308. Erimus hæc usque de futurorum absolute notitia, Aunc de conditionatorum scientia disputandum est: sed quia alia est futurorum conditionatorum scientia, quæ a Thomistis in Deo admittitur, alia quæ a Molina & aliis Recentioribus ipsi assignatur: illa enim fundatur in decreto conditionatis, eaque supponit; ista est independens a decreto, eoque anterior, vocaturque a Recentioribus, scientia media, ideo de utraque hæc agendum est, & prima in hac disputatione stabilienda est, secunda vero in se, quænti rejicienda, ac explodenda.

ARTICULUS I.

An Deus habeat certam, vel saltem conjecturabilem futurorum conditionatorum notitiam?

Curiel lib. 1. controversiarum, contr. 7. Cornejo hic art. 13. disp. 3. dub. 2. & Claudius Typhanus, novissimus Societatis scriptor, libro de ordine, deque priori & posteriori, cap. 25. docent futura contingentia conditionata, non cognosci a Deo certo, sed tantum conjecturaliter. Pro eadem sententia citant communiter Recentiores aliquos ex Thomistis, ut Cabreram, Ledesnam, & Zamel, sed immerito: quamvis enim illi videantur recedere aliquo modo a communi sententia, & quam Deo concedunt alii Thomistae, negare certam futurorum conditionatorum notitiam; tamen si attente legantur, & inquiratur quo sensu locuti sint, manifeste patebit illos ab aliis non dissentire, sed tantum velle, futura conditionata per ordinem ad causas liberas & contingentes in quibus continentur, & ex illationis, seu connexionis antecedentis cum consequenti, non fundare certam & infallibilem cognoscibilitatem, sed conjecturabilem tantum & probabilem; at non negare certam illorum notitiam haberi aliunde a causa extrinseca, nempe deest conditionata, que non admittit eadem omnem possibilem combinationem, sed tantum eadem illas, quarum mentio fit in Scriptura, & que ad hujus universi gubernationem necessaria sunt.

Admittit praeterea, si decreta de his conditionatis constituantur, ex non cognosci conditionata, sed absolute, quia videntur in decreto presenti, & cognitio mensuranda est ex medio per quod fit, unde constat hujusmodi cognitionem habere rationem visionis. Non ergo immerito conquiretur Joannes a S. Thoma contra Herice, Alarcón, & alios Recentiores, qui gloriantur Thomistas, suis argumentis invitos & reluctantes tandem coactos fuisse concedere Deo futurorum conditionatorum notitiam; nam revera Thomistae quorum verba referuntur, non alio sensu locuti sunt, quam quo illos sumus interpretati, unde illorum Recentiorum triumphos, quos tanta verborum pompa decantant, leve solentur sonitus, & inanes umbras, merito praedictus Auctor appellat. His praemissis fit

§. I.

Statuitur esse in Deo certam futurorum conditionatorum notitiam.

Deo igitur: Deum futura conditionata certo cognoscere.

Probat per Deum ex Scriptura, in qua futura conditionata saepe a Deo revelantur, & annuntiantur tanquam futura, ut constat ex 1. Reg. 23. ubi David cum fugisset Ceilam, consultat Dominum, si rediens in manus Saul, & evitaret qui mecum sunt in manus Saul? Et dixit Dominus: rediens. Item 2. Reg. 11. Non ingredieris ad eam (scilicet filias Gentium) neque de illis ingredieris ad vestras; certissime enim audivit corda vestra, ut sequamini Deo eorum. Et in novo Testamento habetur illud celebre testimonium Matth. 11. Si in Tyro, & Sidone facta fuissent virtutes, quae in vobis factae sunt, elim in cinere, & cilicio poenitentiam egissent. Quibus in locis tria praenuntiantur futura conditionata: scilicet traditio David in manus Saul, si maneret in Ceila, seductio, & avertisio cordis, si filii Israel communia decerent cum alienigenis nisi Christus apud illos praedicasset Evangelium, & fecisset signa quae fecit apud Judaeos. Licet enim secundum fuerit absolutum, respectu Salomonis verbi gratia, qui cum mulieribus alienigenis ardentissimo amore copulatus est, & ita (ut ait sacer textus) cum jam esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur deos alienos: atamen respectu aliorum multorum, qui cum eisdem copulati non sunt, habuit rationem futuri contingentis conditionate. Ergo certa futurorum conditionatorum notitia Deo denegari non debet.

Respondent Curiel & Typhanus; haec dici tantum per exaggerationem humanam, vel secundum probabilem tantum cognitionem, quam Deus habebat de hujusmodi futuris, attendendo ad inclinationem causarum secundarum, quae postis illis conditionibus, de se magis erant inclinatae ad illos effectus, quam ad oppositos. Quae responsio videtur habere aliquod fundamentum in Scriptura, quae post verba Matthaei 11. jam relata, si in Tyro, & Sidone &c. addit, si in Sodomis facta fuissent virtutes, quae factae sunt in te, forte mansissent usque ad hanc diem. Particula enim forte, solam probabiliter, & conjecturam, non autem infallibilitatem, & certitudinem denotare videtur.

Sed haec responsio multipliciter impugnari potest. Primo ex verbis Scripturae 2. Reg. 11. jam relatis, in quibus seductio, & avertisio cordis filiorum Israel, si ad

alienigenas ingredierentur, ut certissima praenuntiat; dicit enim Scriptura, Certissime audivit corda vestra. Quae particula, certissime, omnimodam certitudinem, & infallibilitatem, & non solam probabilitatem, & conjecturam significat.

Secundo impugnari potest haec responsio ex Augustino, 5 qui in libro de bono perseverantiae c. 9. agens de Tyrriis & Sydoniis, sic loquitur: Sed nunquid possumus dicere, etiam Tyrriis, & Sydoniis, talibus apud se virtutibus factis, credere voluisse, aut credituros non fuisse, si herens: cum eis ipse Dominus acciperet quod ad se essent magna humilitatis poenitentiam, si in eis facta essent alinarum illa signa virtutum? Manifeste ergo Augustinus admittit certitudinem illius futuri conditionati, nempe quod credituri essent Tyrrii, si talia signa viderent. Et in libro de corrupt. & gratia cap. 8. loquens de his qui non sunt rapti a Deo, ne malitia mutaret eorum intellectum, Ac ait, Respondens si possunt (scilicet Pelagiani) cur illos Deus, cum fideliter, & pie viventes, non tunc de vita hujus periculis raptis ne malitia mutaret intellectum eorum: & ne fessio delectet animas eorum. Utrum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura respicit? nempe nihil horum, nisi perverissimum, atque insanissimum dicitur.

Tertio resistitur eadem responsio, ex eo quod futura conditionata, interdum praedictur, & praenuntiantur a Prophetis; ut constat ex 4. Reg. 13. ubi Propheta Eliseus praedixit Regi Israel, quod si percussisset saculo terram quinque aut sexies, vix septies, percussisset Syriam usque ad confinium; praedixit quoque (non erat) esse omnino certa, & infallibilis; alias perinet certitudo prophetae, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 172. art. 1. Ubi triplicem prophetiam distinguit: scilicet praedictivam, praedestinationis, & comminationis; inter quas hoc ponit dicens, quod prima, & secunda, terminantur ad futura in seipso, unde ex illis veritas futurorum in se evidenter colligitur: tertia vero non respicit futura in se, sed dispositionem, & ordinationem causarum ad ipsa, ac proinde tante habet dispositione, licet eventus veritas non fiet, subsistit veritas prophetae revelationis.

Confirmatur ex eodem S. Doctore q. 12. de verit. art. 7. Et 2. 2. q. 171. art. 6. ad 2. ubi ait, Licet, quandoque precise reveletur futurum, solum quantum ad ordinem causarum: cognitio tamen Dei non eorum terminatur ad ordinem, sed etiam infallibiliter ad eventum futurum. Ergo futura conditionata in Scriptura revelata, est Prophetae quandoque tantum immovent quoad ordinem causarum; attamen cognitio Dei, non tantum sedit in ordine, sed transit ad eventum futurum, aut ejus negationem sub tali conditione; & consequenter ex doctrina D. Thoma, futura conditionata certo cognoscuntur a Deo, vel ut determinate vera, vel ut determinate falsa. Neque obstat particula forte, quia Scriptura interdum utitur: haec enim, ut dicemus in solutione argumentorum, non dubitationem, & conjecturam; sed vel operis difficultatem, vel liberi arbitrii mutabilitatem designat.

Probat insuper conclusio ratione fundamentali. Illa cognitio est certa, & infallibilis, quae fundatur in medio certo, & infallibili: At notitia futurorum conditionatorum in Deo, fundatur in medio certo, & infallibili, in decreto scilicet ex se efficaci, absoluto ex parte subjecti, & conditionato tanto ex parte objecti, ut dicemus articulo sequenti: Ergo certa & infallibilis est. Unde licet sublati decretis conditionatorum scientia, sed probabilis tantum, & conjecturalis illorum cognitio, illis tamen admittis, certa conditionatorum notitia illi non potest denegari. Quare si aliqui ex Thomistis interdum vident eam negare, non negant illam absolute, & pro omni instanti reali, sed tantum pro signo rationis antecedenti decreto, in quo illa objecta sunt in statu mere possibilitatis, nec sunt cognoscibilia ut determinate futura.

§. II.

Præcipue objectiones solvantur.

Obijciunt in primis Adversarii quaedam Scripturae loca, quibus conjecturabilem tantum futurorum conditionatorum notitiam Deo videtur tribuere: nam Gen. 3. Deus de Adam loquens sic ait: Nunc ergo non forte mittam manum tuam, & sumas etiam de ligno vite, & comies, & vivas in aeternum. Ubi, particula forte denotat, hoc futurum conditionatum; si Adam manserit in Paradiso, sumet de ligno vite, non esse omnino certum, nec ut tale cognosci a Deo: sed conjecturaliter tantum, attenda facti occasione, & opportunitate loci. Item Deuteronomio 4. dicitur: Custodite igitur sollicite animas vestras ne forte decepti fueritis vobis sculptam similitudinem.

Respondet primo, particulam illam, forte in Scriptura non semper denotare dubitationem, sed Deum more nostro loqui, vel ad ostendendam liberi arbitrii mutabilitatem, vel expen-

expendendam ipsius rei difficultatem, ut constat ex illo Joann. 8. Si no scieritis, forsitan & Patrem meum scieritis. Ubi particula forsitan, non dubitant affectum, sed operis difficultatem, & magnitudinem designat. Unde Hieronymus super c. 26. Jeremiae: Verbum ambiguum forsitan, majestati Domini non potest convenire: sed nos loquimur affectu, ut liberum hominis servetur arbitrium. Et Augustinus Tract. 37. in Joann. explicans verba dicta: Forsitan & Patrem meum scieritis, sic ait: Quando dicit forsitan, non dubitat, sed inerat. Dubitationi verbum est, cum dicitur ab homine, ideo dubitante, quia nesciente: cum vero dicitur a Deo verbum dubitationis, cum Deum nihil utique lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur Divinitas.

Respondet secundo, futura contingentia dupliciter a Deo cognosci: vel per respectum ad causas creatas, vel per ordinem ad ejus decretum. Primo modo cognoscuntur a Deo cognitione subjective infallibili, objective autem tantum conjecturaliter. Secundo autem modo terminant cognitionem etiam objective infallibilem. Quando ergo divina cognitio respectu contingentiam significatur per particulam forte, denotatur dubitatio objective per ordinem ad causas secundas, respectu quarum contingentia dicitur: non vero subjective, & que se tenet ex parte Dei.

Obijciens secundo: D. Augustinus libro de praedest. sanct. cap. 14. explicans illud Sapient. 4. Raptus est ne multo mutares intellectum ejus, ait: Dicitur est secundum pericula vite hujus, non secundum praedestinationem Dei, qui hoc praeficit, quia quod futurum erat, non quod futurum non erat: Quo loco videtur Augustinus fuisse, Deum non habuisse praescientiam certam, & infallibilem hujus futuri conditionati (hominem scilicet fore peccatorem, si dicitur vixisset) sed solum conjecturabilem, & probabilem cognitionem, attentis periculis hujus vite, & humana fragilitate. Item idem Sanct. Doctor sepe asserit, signum non esse, praedicti a Deo quae non sunt futura; ut constat ex lib. 2. contra duas Epist. Pelag. Quomodo, inquit, praeficitur a futuro (opera scilicet parvulorum in infantia morientium, quae fecissent, si ad statum pervenissent adultam) quia illi in infantia morituris, quia praesentia ejus falli non potest, praeficit non futura. Et libro de origine anime contra Vincentium Victorem c. 12. Quomodo recte dicitur praesire futurum, quod non est futurum. Item lib. de Praedest. sanct. cap. 12. Unde talibus viris (id est Semipelagianis) in mentem venerit, ut futura quae non sunt futura, puniantur vel honorentur merita parvulorum. Et S. Prosper in Epistol. ad Augustinum, loquens de Semipelagianis, ait: Futura quae non sunt futura confingunt; Ergo ex doctrina Augustini & Properi, non datur in Deo certa futurorum conditionatorum notitia.

Ad primum locum respondeo, quod quando D. Augustinus dicit, Hoc dicitur fuisse secundum pericula vite hujus, non secundum praesentiam Dei, solum intendit docere, quod in Scriptura Deus revelaverat futurum illud, secundum ordinem quem dicebat ad causas secundas, & inferiores, per ordinem ad quas non habebat omnimodam certitudinem & infallibilitatem, sed probabilem tantum & conjecturabilem. Ut enim docet S. Thomas 1. p. q. 19. art. 7. ad 2. Deus in Scriptura revelat interdum aliqua secundum ordinem causarum inferiorum, licet ipse certo sciat ea absolute non esse eventura, quia aliter in sua voluntate, & praesentia disposuit: sicut cum dixit per Jonam Prophetam: Adone quadragesima dies, & Ninive subvertetur; licet ipse certo sciret, eam non esse subvertendam; & sicut cum praedixit Ezechia per Isaiam Prophetam: Dispone domui tuae, quia morietur tu, & non vivas, ut habetur Isaias 38. Neque tamen ita event, quia aliter in scientia, & voluntate divina erat praedictum.

Ad alia testimonia dicendum est, quod in his D. Augustinus non denegat absolute Deo certam futurorum conditionatorum notitiam, sed in eo tantum sensu, & modo, quo asseratur a Pelagianis, vel Semipelagianis: independentem scilicet a divino decreto: eoque anteriorem, vel praesentiam futurorum, quae habent rationem meriti, actualiter Deum moventis ad dandum primam gratiam, & primam vocationem ad fidem; ut enim disputatione sequenti ostendimus, Semipelagianis admittentibus in Deo praesentiam futurorum conditionatorum, divino decreto anteriorem: Tum ut conciliarent hominis libertatem, cum divina praedestinatione, & decretis absolutis, ex quibus dicebant sequi libertatis exitium, ac fatalem induci necessitatem, si divina constitutio humana praeveneret voluntates, ut refert S. Prosper in Epistola ad Augustinum. Tum etiam, ut per hanc praesentiam, a decreto independentem, invehent merita antecedentia primam gratiam, & redderet rationem, quare Deus huc vocet ad fidem, & non alium, & quare alibi praedicitur, vel non praedicitur Evangelium, &c.

Obijciens tertio cum Typhanio c. 22. libri citati. Quamvis in Scriptura Deus aliquando utatur oratione discursiva, non tamen sequitur in Deo esse discursum; licet utatur enuntiationibus vocalibus, non est tamen in Dei intellectu compositio mentalis, qualis significatur enuntiatione. Theol. Comet, Tom. I.

tione vocali. Ergo similiter, quamvis in Scriptura Deus dicatur scire futura conditionata (puta conversionem Tyrriorum, & Sydoniorum, si Christus apud illos praedicasset) non sequitur tamen in eo revera esse certam, & infallibilem illorum notitiam.

Confirmatur: Sicut discursus & enuntiatio dicunt imperfectionem Deo repugnantem, ita & scientia conditionatorum: quemadmodum enim discursus importat multiplicitatem, & successione actu in intellectu; & enuntiatio compositionem, ac unionem praedicti cum subiecto; ita scientia futurorum conditionatorum, dicit suspensionem & hesitationem in intellectu divino, cum sit de objecto suspensio, & a conditione pendente.

Respondet quod sicut ex eo quod Deus utatur in Scriptura discursu, & enuntiatione mentali, bene inferimus illum purissimo, & certissimo intuitu videre habitudinem quam habet antecedens ad consequens; & unionem quae est inter praedictum & subiectum; licet talis intuitus fit esse imperfectibus compositionis, & multiplicatis actum, quae reperiuntur in nostris discursibus & enuntiationibus: ita similiter, bene sequitur ex eo quod Deus in Scriptura pronunciat & revelat futura conditionata, quorum conditio nunquam ponitur, ac certissime cognoscitur; sed puro intuitu, & sine imperfectis hesitationibus vel suspensionibus, quas aliquando forte habet intellectus humanus, dum hujusmodi propositionibus utitur.

Ad confirmationem dicendum est, quod licet scientia futurorum conditionatorum, sit de objecto suspensio, ratione conditionis a qua dependet; non est tamen suspensio, nec penes hesitationem in intellectu divino, ut existimat Typhanus, qui dum imaginatur quandam imperfectionem suspensionis, quasi factam ex oculo & scientia Dei putat ejicere; veram in eo tamen ignorantiam ponit, aut cognitionem conjecturabilem, & probabilem, nedum ex parte rei cognita, sed etiam ex parte cognoscentis, quae repugnat perfectioni, & infallibilitati divinae scientiae.

Obijciens quarto cum eodem Auctore: D. Thomas hic 19 art. 13. & q. 12. de verit. art. 10. & in 1. dist. 28. qu. 1. art. 5. docet futura contingentia posse considerari dupliciter, vel in suis causis, vel in seipsis: qualiter considerantur, non ut futura, sed ut existentia (in mensura scilicet aeternitatis) & sub primo statu, posse tantum terminare cognitionem conjecturabilem: sed secundo vero, posse certo & infallibilitate a Deo cognosci: At futura conditionata quorum conditio nunquam purificabitur, non possunt cognosci a Deo hoc secundo modo; sed tantum primo, cum non sint praesentia in aeternitate, eo quod nunquam existent in aliqua differentia temporis, adquam aeternitas ratione sua infinitatis se coextendat: Ergo non possunt cognosci a Deo, nisi conjecturaliter.

Respondet S. Thomam in his locis tantum fuisse locum de futuris contingentibus, per ordinem ad causas creatas, secundum se consideratas, & non ut subordinatas efficaci decreto divinae voluntatis. Et ex his locis, nihil potest inferri contra nostram sententiam, quae docet futura absolute, vel conditionata, non posse certo cognosci in causis secundis, sed tantum in divino decreto; vel quod idem est in ipsis causis secundis, ut illi subordinatis, & ab illo applicatis, & determinatis, ut disputatione praecedenti ostendimus.

Obijciens quinto: Vel haec futura conditionata cognoscuntur a Deo per scientiam simplicis intelligentiae, vel per scientiam visionis? Neutrum dici potest: Ergo non cognoscuntur a Deo, Major constat, nulla enim datur in Deo scientia media, ut disputatione sequenti ostendimus. Minor probatur: Scientia simplicis intelligentiae est omnino naturalis, & necessaria, & terminatur tantum ad possibilem ut sic, id est indifferentia ad esse, & non esse: Atqui cognitio horum futurorum, non est naturalis, & necessaria, cum in nostra sententia supponat liberum divinae voluntatis decretum, & in eo fundetur; neque terminatur ad mere possibilem, sed ad futura sub conditione: Ergo non est scientia simplicis intelligentiae. Probatur etiam secundum pars Minoris; Scientia visionis est intuitiva; & terminatur ad res praesentes, & existentes in aeternitate; dicitur enim visionis, metaphora ducta a nostra visionis, sicut supra annotavimus: Sed cognitio horum futurorum conditionatorum, non est intuitiva, nec terminatur ad res praesentes, & existentes in aeternitate, quia illa futura conditionata nunquam habitura sunt existentiam aut praesentiam, etiam in aeternitate, cum sint absolute non futura: Ergo non cognoscuntur a Deo per scientiam visionis.

Huic argumento dupliciter respondent Thomistae, juxta 22 duos diversos modos explicandi scientiam simplicis intelligentiae, & visionis. Aliqui enim dicunt, scientiam simplicis intelligentiae non distinguere a scientia visionis, per hoc, quod prima sit abstractiva, & secunda liberos; sed per hoc quod prima est abstractiva, secunda intuitiva; in quantum terminatur ad res futuras, ut praesentes in aeternitate. Et juxta hanc sententiam, & modum explicandi, dicendum est, futura conditionata, quorum conditio nunquam

purificabitur, cognosci a Deo per scientiam simplicis intelligentiae, ob rationem in argumento insinuatam; quis scilicet, cum illa nunquam sint habitura existentiam in aliqua differentia temporis, non sunt praesentia in aeternitate, nec proinde terminare possunt scientiam intuitivam, quae (ut disputatio praecedenti art. 8. ostendimus) necessario requirit existentiam & praesentiam sui objecti, in ea saltem mensura quae mensuratur cognitione.

23. Alii vero volunt, scientiam simplicis intelligentiae distinguere a scientia visionis, per hoc quod prima (utpote antecedens decretum) sit naturalis, & necessaria; secunda vero libera, cum illud supponat, & in eo fundetur; & quia haec scientia ut plurimum, & secundum primarium obiectum materiale, terminatur ad res praesentes in aeternitate, dicitur intuitiva; quamvis secundum aliud obiectum minus principale, non sit intuitiva, nec visionis, sed tantum libera, & approbationis. Et juxta hunc secundum modum explicandi, dicendum est, futura conditionata, quorum conditio nunquam purificabitur, cognosci a Deo per scientiam visionis, non quatenus visionis est formaliter, (quia sub hac ratione terminatur solum ad res futuras ut praesentes in aeternitate) sed in quantum libera est, & approbationis, & prout habet adjectum decretum divinae voluntatis; sic enim non terminatur solum ad res futuras, ut praesentes in aeternitate, sed etiam ad omnia obiecta libera, & contingencia, quaeunque illa sint.

24. Advertendum tamen est, futura illa conditionata dupliciter posse considerari. Primo in vi illationis, & in rigore consequentiae, & quatenus particula *si*, sumitur in sensu pure illativo; & hoc modo non cognoscitur a Deo per scientiam linearem, sed per scientiam naturalem, & simplicis intelligentiae; quia propositio scilicet illationem, & consequentiam enuntians, est omnino necessaria, & reducitur in principium omnino necessarium. Unde in nostra sententia, hoc conditionatum: *si Deus praedictum effectum hominibus ad aeternum praedestinaverit, talem usum elicitur*. Et in Adversariorum doctrina, *si Deus hominem orationem congrua roboraverit, ille infallibiliter confuetus*; consideratur in sensu pure illativo, & in rigore consequentiae, & illationis, attingitur a Deo per scientiam naturalem, & simplicis intelligentiae, quia utraque consequentia, & illatio, reducitur in principium omnino necessarium, & infallibile, scilicet in efficaciam divinae voluntatis, vel in diving praesentiae infallibilitatem. Secundo illa futura conditionata possunt considerari, non in vi illationis & consequentiae, sed ratione concomitantiae quam effectus habet cum conditione, & quae fundatur in aliqua promissione, vel proposito, aut pacto vel in divino decreto connectente extrema, quae interdum nullam habent inter se connexionem, sed sunt omnino disparata, ut constat in exemplo supra relato de percussione terrae cum victoria Regis Israel; & sic dicimus illa cognosci per scientiam visionis, quatenus libera est, & approbationis, & quatenus supponit in voluntate divina decretum absolutum ex parte subiecti, & conditionatum ex parte obiecti. De quo factus articulo sequenti.

ARTICULUS II.

*Verum in Deo admittenda sine decreta absoluta ex parte subiecti, & conditionata ex parte obiecti, in quibus praesentia futurorum conditionatorum fundatur?*

§. I.

*Quibusdam praemissa conclusio affirmativa statuitur.*

25. Notandum primo: Aliquam volitionem, seu aliquod decretum, posse dici duobus modis conditionatum. Primo ex parte subiecti, quando scilicet subiectum habet quamdam veluti velletatem, non tam de obiecto ipsi, quam de voluntate efficaciter habenda circa illud, si conditio ponatur. Exemplum est: *Ego vellem venari, si hoc liceret Clerico*. Per hunc enim modum loquendi, non desigmo me habere actu volitionem circa venationem; sed potius significo, me illam habiturum, supposito quod ea liceret Clerico. Secundo potest aliqua volitio, seu aliquod decretum, esse & dici conditionatum ex parte obiecti tantum; quando scilicet habetur actus volitioe efficax ex parte volentis, suspenditur tamen effectus ejus, donec ponatur conditio: *v. g. si aliquis dicat. Volo quod si Petrus veniat eras domum, praedixit mecum*: ista volitio est tantum conditionata ex parte obiecti, est enim vera & absoluta volitio praeclara, dependens tamen ab aliqua conditione, nimirum ab adventu Petri in domum. Quando ergo inquirimus, an dentur in Deo decreta conditionata, non loquimur de conditionatis primo modo, & ex parte subiecti (haec enim involvunt imperfectionem potentialitatis, & suspensionis, Deo repugnantem) sed tantum de conditionatis secundo modo, scilicet ex parte obiecti.

26. Notandum secundo: Hic solum nos inquirere, an dentur in Deo decreta conditionata pro illis futuris quae in

Scriptura revelata sunt, quia sunt *v. g. conversio Tyrorum & Sydoniorum*, si Christus apud illos praedicaverit, *Matth. 11. Vel defectio cordis filiorum Israel*, si conubia duxerint cum alienigenis suis vicinis *3. Reg. 11. de aliis enim conditionatis quae nobis per revelationem non innotescunt, vel quae ad providentiam Dei, & gubernationem hujus universi non pertinent, probabilis est, eam non esse in Deo admittenda, ut infra dicemus. His praemis.*

Dico, decreta subiective absoluta, & obiective conditionata, esse admittenda in voluntate divina, saltem pro futuris illis conditionatis, quae nobis in Scriptura revelata sunt, vel quae ad providentiam Dei, & gubernationem hujus universi pertinent. Ita communiter docent Theologos, quibus haec in parte favent quidam ex Theologis Societatis infra referendis, qui talia decreta, vel ut actu existentia in Deo vel saltem ut possibilis, nullam dicentia imperfectionem, in voluntate divina admittunt. Unde Alarcon Tractatu de scientia Dei disp. 4. cap. 6. n. 7. & 8. anxie deplorat, plures ex Societate, hac in parte conspire cum Thomistis, & manus cum eis jungere, solumque ab illis in modo loquendi discrepare. Et ibidem fatetur, Suarez, Ruiz, & aliosque Societatis Theologos, infeliciter pugnare contra Thomistas, torisque triumpho palam, & felicitatem vero Magistro Vasquez deserere, eo quod, nullo decreto conditionato in Deo admisso, scientiam medium propugnaverit. Sed quam infauste ipse etiam Vasquez contra Thomistas decernaverit, ex eo patet quod scientiam medium aliter non defendit, quam asserendo decreta Dei, a quibus Scriptura & SS. Patres totam vim divine providentiae, & rerum universi ferent pendere docent, per solum respectum rationis constitui, & in mera entis rationis repositi: quod absurdissimum est, & a mente D. Thoma & omnium hae Theologorum penitus alienum, Tractatu sequenti disp. 2. art. 2. ostendimus. Certe si haec Vasquez doctrina & desensio, solumque Alarconi ejus Discipulo visa est habere exitum, quod tandem futurum est Suarez, Ruiz, & aliorum infortunii, quos in hoc bello & literario certamine, infelices pro Vasquez praedicat?

§. II.

*Ex Scriptura probatur dari in voluntate divina decreta ex parte obiecti conditionata.*

27. Este olim Augustinus contra Donatistas disputans lib. 2. cap. 6. dicebat: *Non asserimus faceras dolosa, ubi appendamus quod volumus, & quomodo volumus: sed asserimus divinae scelerum de Scripturis Sanctis, tanquam de thesauris dominicis, & in illa quod sit graviter appendamus: imo non appendamus, sed a Domino appensa recognoscimus*. Non possunt ergo melius ac solidius decreta conditionata de futuris sub conditione statui, quam demonstrando illa Scripturae consentanea esse, & ex pluribus ejus testimoniis aperte deduci.

In primis nihil in Scriptura frequentius illa Dei voluntate, quam vocant antecedentem de salute omnium hominum: hanc vero in Deo reperiri formaliter, & esse ex parte obiecti conditionatum, ostendimus in Tractatu de voluntate Dei.

28. Secundo, Deus pluribus locis Scripturae revelavit se multa facturum, si talis vel talis conditio ponatur, quae tamen de facto posita non est: ut quod dimitit & non debet Sodomam, si in ea fuerit quinquaginta, vel virginata viri iusti, *Gen. 18. quod vivet Rex Sedechias, si exierit ad Regem Babylonis: Jeremias 18. & similia quae passim in Scripturae occurrunt; quae aperte indicant dari in Deo decreta conditionata ex parte obiecti: nam quando Deus talia conditionata, ut certo & infallibiliter futura pronuntiabat, vel ejus voluntas erat determinata ad illa ponenda, vel non: Si primum, habetur intentum, talis enim determinatio, cum esse libera, & non necessaria, erat aliquod liberum decretum; & cum non *si* absolute, sed ex aliqua conditione pendens, non erat decretum absolutum, sed conditionatum ex parte obiecti. Secundo vero, ut dicitur: Si enim voluntas divina erat omnino suspensa & indeterminata ad illorum productionem, illi etiam effectus qui ab ea pendebat tanquam a causa, fuissent tunc suspensi & indeterminati; neque enim magis determinati esse possunt, quam voluntas divina aqua dependet illorum determinatio: Cur ergo Deus illos pronuntiat locis Scripturae citatis, ut certos & determinatos, ac infallibiliter futuros, si posita fuisset aliqua conditio?*

29. Tertio, in Scriptura extant plures promissiones & pacta de rebus sub conditione futuris nunquam implendis; Sed promissiones & pacta expriment voluntatem internam paciscentis, quae vult implere quae promittit, si adit conditio apposta: Ergo juxta Scripturam dantur in Deo volitiones, seu decreta absoluta quoad aeternum; cum conditione obiecti non apponenda. Minor est videns, Major vero ex variis Scripturae testimoniis suadet. In primis enim Deus fecit pactum cum primo homine, quod filii ejus nascerentur cum

nam gratia & iustitia originali, si ipse non peccaret, cum peccato vero originali, si ille peccaret, ut communiter docent Theologi contra Janfenium, & probant tum ex illo *Eccl. 17. Testamentum aeternum confisus cum illis (Adamo scilicet & Eva) & iustitiam & iudicia sua ostendit illis*. Tum ex illo *Osee 6. Ipsi scilicet Adam transgressi sunt pactum sui praevocari sunt omnes*. Similiter cum Davide & Salomone fecit Deus pactum, quod sederent filiorum usque in saeculum super Thronum Israel, si custodirent mandata ejus, ut dicitur *3. Regum 9. & tamen constat, quod filii Salomonis non regnaverunt super Israel, sed scissum est regnum in Roboam, & solum regnavit super Judam & Benjamin, neque hoc in sempiternum, sed utique ad Sedechiam, qui fuit ultimus Regum Juda.*

30. Quarto, Christus Matth. 26. asserit exhibiturum Patrem plustquam duodecim legiones Angelorum, si rogatur a Filio: Sed talis exhibitio eo momento quae a Christo asserabatur, non solum fuit praevia a Patre, sed etiam volitata: Ergo in Deo volitiones fuit decreta absoluta ex parte subiecti, & conditionata ex parte obiecti admittenda sunt. Major & consequentia patet. Minor vero suadet. Tum quia dictum illud Filii de futura exhibitione Angelorum probatur a Patre. Ergo revera illam volebat, quid enim est Deum aliquid velle, quam illud re ipsa sibi placere? Tum etiam quia si possibile tantum fuisset illud decretum de mittendis Angelis, voluntas Dei circa tale obiectum, fuisset mere indifferens & suspensa: Quomodo ergo certa & firma fuit exhibitio, & a Christo abeata ut indubitata? Cur enim vis effectum magis certo esse determinatum, quam ipsammet causam? Ergo vel utriusque est suspensio & indifferencia, vel resoluenda est voluntas divina per actuale decretum.

31. Denique 4. Regum 13. dicit Elifusus ad Joam Regem Israel: *Si percussisset (supple jaco) terram quinquages, aut sexies, sive septies, percussisset Syriam usque ad consummationem: nunc autem eripit oculos percutit eam*. Sed jaco futuri conditionati veritas non potest fundari in aliqua connexionem, seu ordine quem antecedens habeat ad consequens, cum sit de conditione omnino disparata: Ergo solum potest fundari in decreto libero divinae voluntatis, illa extrema connectentis, & statuentis deasare Syriam, ex hypothesi quod Rex Israel toties jaco terram percuteret.

32. Nec valet quod ait P. Annatus, eo loco non tam significari, quid homo ex hypothesi liber faceret, quod potissimum queritur, quam quid faceret ipse Deus, cum sensus sit, si percussisset quinquies terram, dedisset tibi Deus vires ad percutiendam Syriam usque ad consummationem. Non valet, inquam: neque enim ibi queritur solum, quid Deus, sed etiam quid homo facturus sit, nempe, si percussisset septies, aut quinquies terram, sit hostes ad interfectionem deleterus. Unde Deus habet decreta conditionata, non solum de his quae tantum a sua voluntate dependunt, sed etiam de his quae pendunt a voluntate & libertate hominis.

§. III.

*Eadem decreta, juxta doctrinam D. Augustini, & S. Thoma, in Deo esse admittenda, ostenditur.*

34. Non solum ex Scriptura, sed etiam ex doctrina SS. Patrum, praesertim Augustini & Thoma, probari potest, in Deo admittenda esse decreta absoluta ex parte subiecti, & conditionata ex parte obiecti. In primis enim Augustinus locis disputatione sequenti referendis, expresse docet Deum talia futura in sua praedestinatione seu decreto certo cognoscere: Sed non in decreto absoluto ex parte obiecti, ut patet: Ergo solum in decreto absoluto ex parte obiecti conditionato. De quo fuit disputatione sequenti.

35. Secundo, D. Thomas in 1. dist. 46. q. 1. art. 1. ad 2. haec scribit: *Voluntas antecedens potest dici conditionata, nec tamen est imperfectio ex parte voluntatis divinae, sed ex parte voliti, quod non recipitur cum omnibus circumstantiis, quae exiguntur ad verum ordinem in futurum*. Sed voluntas antecedens est voluntas beneplaciti, ut docet idem S. Doctor q. 23. de verit. art. in corp. his verbis: *Invenitur enim in Deo propria ratio voluntatis, & sic voluntas de Deo proprie dicitur, & haec est voluntas beneplaciti, quae per antecedentem & consequentem distinguitur*: Ergo ex D. Thoma datur in Deo voluntas beneplaciti conditionata, ac proxima decretum subiective absolutum, & obiective conditionatum.

36. Tertio, idem S. Doctor 1. p. q. 19. art. 7. ad 1. sic ait: *Multa sunt in virtute, & scientia, & voluntate divina, quae non conditionantur sub ordine causarum inferiorum sicut res infusibilis Lazari; Unde aliqui resistunt ad causas inferiores dicere potest, Lazarus non resurget; resistunt vero ad causam supernam dicunt, Lazarus non resurget; Lazarus resurget. Et utrumque horum Deus vult, scilicet quod aliquid quandoque sit futurum secundum causas inferiores; quod tamen futurum non sit secundum causas superiores, vel converso*. Ex quo loco sic arguuntur: Secundum D. Thomam Deus vult aliquid quod quandoque est futurum secundum causas inferiores, non tamen secundum ordinem causarum su-

perioris: Atqui illud quod est futurum secundum ordinem causarum inferiorum, non vero secundum ordinem causarum superioris, est futurum conditionate, quia scilicet esset, nisi Deus aliter ordinasset, propter rationes occultas fuit providentia: Ergo ex D. Thoma dantur in Deo decreta conditionata ex parte obiecti.

§. IV.

*Eadem veritas ratione suadetur.*

37. Plures etiam in ejusdem veritatis confirmationem rationes adduci possunt. Prima sic potest proponi: Quae non sunt ex se & ex sua natura connexa, non possunt infallibiliter connecti, nisi ab aliqua causa extrinseca & infallibili: Sed conversio Tyrorum v. g. non erat ex se & ex natura rei connexa cum praedicatione Christi, vel cum illis signis & virtutibus quae Christus fecit apud Judaeos, ut evidens est: Ergo non poterat infallibiliter connecti cum tali conditione, nisi ab aliqua causa extrinseca, illa extrema infallibiliter conjungente: Haec autem non potest alia esse, vel concepti, quam voluntas divina, quae potest tali conditione, decreverat dare Tyris gratiam efficacem, per quam infallibiliter simul & libere, ad fidem converterentur voluntas enim creata, cum de se sit causa fallibilis & contingens, non potest ex se esse causa certa & infallibilis talis connexionis, sed solum prout subest effectui Dei decreto & auxilio, eam ad agendum applicante & determinante: Ergo &c.

38. Confirmatur: Quando conditionalis non est vera in vi illationis, non potest esse vera absolute, nisi in vi alicujus causae extrinsecae, quae infallibiliter ponat consequens, postea antecedente, ut docent Dialectici in summis: Sed in istis propositionibus conditionalibus de futuro contingenti, quas Deus in Scripturae revelavit: *si percussisset terram quinquies, aut sexies, sive septies, percussisset Syriam usque ad consummationem*, 4. Reg. 13. *si custodierint filii tui legem meam, sedebunt super Thronum tuum usque in sempiternum*; 3. Reg. 9. *si in Tyro & Sidone facta fuerint virgines quae facta sunt in te, in cilicio & cinere penitentiam egissent*, Matth. 11. Antecedens non continet certam & infallibilem veritatem Consequentis; cum conditionata illa sint disparata, & effectus contingens nullam habeat connexionem ex natura rei cum conditione; ut patet in illa percussione terrae, quae nullam ex natura rei nexum habebat cum devastatione Syriae, & victoria Regis Israel. Ergo propositiones illae conditionales de futuro contingenti, non poterant esse verae infallibiliter, nisi in vi alicujus decreti divini, talia extrema connectentis, quae Deus statuerat, possitis illis conditionibus, ponere illos effectus.

39. Secunda ratio: Futuratio est determinatio in causa, ut 39 disputat praecedenti art. 1. ex S. Augustino & D. Thoma ostendimus: Ergo implicat rem aliquam esse sub conditione futuram, nisi causa prima ab aeterno determinata sit ad dandum illi existentiam in tempore, si ponatur aliqua conditio: Sed talis determinatio est decretum subiective absolutum, & obiective conditionatum, ut de se patet: Ergo decreta absoluta ex parte subiecti, & conditionata ex parte obiecti, necessario in Deo admittenda sunt.

40. Confirmatur: Ex Augustino Tract. 68. in Joana. *Deus fecit futura, ea praedestinando*: Sed qui futu futura solum conditionate, non praedestinavit absolute, saltem ex parte obiecti: Ergo ea praedestinavit dependenter ab aliqua conditione ex parte obiecti se tenente, subindeque per decretum subiective absolutum, & obiective conditionatum.

41. Tertia ratio: Nihil potest extrahi a statu mere possibilitatis, ad statum aliquem futuritionis, independentem a primo ente, & causalitate ipsius: Sed Deus, cum sit agens liberum, non aliter operatur, neque extrahit res ad statum alicujus futuritionis, nisi mediante suo decreto, illi proportionato: Oportet ergo ipsum habere decretum conditionatum, ratione cujus velit futura conditionata a statu mere possibilitatis extrahere, illisque dare esse pro tempore futuro, si ponatur aliqua conditio.

42. Confirmatur & magis illustratur haec ratio: Futurum enim conditionate habet aliquam actualitatem, quae non consistit in mere possibilitate, dicit enim ordinem ad existentiam ut habendam dependenter ab aliqua conditione, a quo praescindit res mere possibilis: Oportet ergo in Deo assignare aliquam causam hujus majoris actualitatis, hujusque ordinis ad existentiam sub tali conditione habendam: Sed haec nulla alia potest esse vel concepti in Deo, quam decretum absolutum ex parte subiecti, & conditionatum ex parte obiecti, cum Deus sit agens liberum, & omnia operetur juxta consilium voluntatis suae, ut ait Apollolus: Ergo decreta ex parte subiecti absoluta, & obiective conditionata necessario in Deo admittenda sunt. Haec rationes magis patebunt, tum ex solutione objectionum, tum ex dicendis disp. sequenti art. 5. ubi scientia mediae impossibilitatem ostendimus, & varias Recentiorum cavillationes referemus ac refellemus.

§. V.



voluntate Dei disp. 4. art. 1. fufe exponemus. Ita simili-  
tatem nullam inconueniens admittere, quod Deus volun-  
tate absoluta & efficaci, noluerit traditionem Davidis in  
manus Saul, nec conversionem Tyrriorum, & ficut utram-  
que voluerit volutione quadam inefficaci & conditionata,  
fi nimirum David maneret in Ceila, vel si Christus apud  
Tyrios predicaret.

59 Quares, an decreta conditionata sint admittenda in Deo  
circa omnes combinationes rerum poffibiles, quarum ali-  
que interdum videntur ridicula & abfurdæ, ut si capra  
faltes, gallus canebit. Si Turca dormiat Conftantinopoli,  
Papa erabit Roma.

Refpondeo negative, fufficit enim poni in Deo decreta  
conditionata circa illa futura sub conditione, quæ in scri-  
ptura revelata funt, vel quæ ordini diuinae providentiæ  
deferviunt, circa alia vero, præfertim fi fint omnino dif-  
parata, indecens videtur ac fupèrfluum, illa in Deo ad-  
mittere, fufficit enim quod Deus habeat decretum gene-  
rale, quo vult non fe determinare ad illorum futuritionem,  
fubindeque illa in ftatu mere poffibilitatis relinquere;  
talis enim decretum generale fufficit ad tollendam fuf-  
penfionem diuinae voluntatis circa illa futura.

DISPUTATIO VI.  
De Scientia Media.

Elebris eft hac Difputatio. Scientia enim media,  
magnum eft ac celebre difputandi argumentum, &  
quæftio magni ponderis ac momenti, cum ex ejus decifio-  
ne pendat refolutio omnium fere quæftionum & contro-  
uerfiarum, que inter Thomiftas & Recentiores, de di-  
uina prædeterminationibus, de phyfica prædeterminatione, gra-  
tia de fe efficaci, & prædeterminatione ante præferta merita,  
his temporibus aguntur. Unde hac quæftio accuratè, &  
diligenter pertractanda eft, & veluti ad pondus Sanctuarii  
ponderanda; id eft ad normam Scripturæ, Sanctorum Pa-  
trum, & rationum Theologicarum examinanda. Sed prius  
quam celebrem hanc quæftionem aggrediar, Leftorem erudi-  
tum & beneuolum præmonitum velim, me nolle cum  
Adverfariis voluntate & affectu, fed ratione tantum &  
intellectu contendere, & in hac gravi ac momentofa quæ-  
ftione, ab omni verborum, & aculeorum amaritudine ab-  
ftinere: fupèrta enim ea eft fententia, que lucem exofa,  
nudam & apertam videri refugit, feque conviciis occultat;  
infirma & rationum indiga, qua folis fe maledictis defendit;  
illique qui folis fa conviciis & verborum aculeis con-  
tegant, recte a Nazianzeno Sepis comparantur, quas  
aramentum ante fe evomere ajunt, ut pifcatores effugiant,  
aut confpectum fui eripiant.

ARTICULUS I.

Quid fit Scientia media, & in quo differat a Scientia conditiona-  
torum, quam Thomifta in Deo agnofcunt?

Nomine Scientia media, quam Recentiores ponunt in  
Deo, intelligitur cognitio certa & infallibilis futu-  
rorum conditionatorum, ante decretum actuale & exerci-  
tium, quo Deus prædicit, & prædeterminat illorum  
futuritionem.

Ut clare percipiatur hæc descriptio Scientia media, &  
aperiatur ftatus hujus celeberrime quæftionis, que inter  
Thomiftas, & Recentiores verfatur, & que olim coram  
Clemente VIII. & Paulo V. in Congregatione de Auxiliis,  
inter Patrem Thomam de Lemos, Sententiam Thomiftarum  
propugnantem, & Patres Grægorium de Valentia, ac Fer-  
dinandum de Vafida, Societatis caufam agentes, fæpius  
agitata fuit, quadam necelfario præmittenda funt, ac di-  
ligenter obferuanda.

1 Notandum ergo primo, in hac descriptione Scientia me-  
dia, duo præcipue importari. Primum eft, in Deo effe  
cognitionem certam & infallibilem futurorum contingen-  
tium conditionatorum, v. g. conversionis Tyrriorum, fi  
Christus apud illos prædicaffet, & feciffet figna quæ fecit  
apud Judæos, ut habetur Matthæi 11. & Lucæ 10. vel tra-  
ditionis David in manus Saul, fi maniffet in Urbe Ceila,  
ut refertur 1. Reg. 23. Secundum eft, talem cognitionem  
effe priorem decreto, & ab illo independentem, ac funda-  
tam in aliquo alio medio, vel ad illa objecta immediate ter-  
minatam. De primo puncto, an fcilicet ponenda fit, vel  
neganda in Deo, talium objectorum certa & infallibilis cog-  
nitio, nulla aut parva eft controverfia, inter Thomiftas,  
& Recentiores. Licet enim Ledefma, Zumel, & Cabrera  
videantur Deo denegare certam & infallibilem horum fu-  
turorum notitiam, illicque attribuere cognitionem tantum  
probabilem & conjecturalem, & pro hac Scientia a Suarez,  
aliquique Recentioribus citentur; ab ea tamen eos recte vin-  
dicat Joannes a S. Thoma, & clare demonftrat, referendo  
illorum verba, & textus expreffos, illos ab hac doctrina

penitus effe alienos, foluntque docere, quod fi Deus ta-  
lia futura cognofceret in cauffis fecundis, antecedenter ad  
fuum decretum, illa non cognofceret certo, & infallibiliter,  
fed tantum conjecturaliter: quia feclufa decreto præ-  
determinante, ac prædeterminatione illorum futuritionem, non  
funt alio modo cognofcibilia, ut difp. 4. art. 2. §. 5. con-  
tra Molinam & Becanum fufe oftendimus: fuppofto ta-  
men hoc decreto, non negant, fed afferunt effe in Deo  
certam & infallibilem horum futurorum notitiam. Totum  
ergo pondus controverfiæ, quæ a fæxaginta ferme annis  
inter Patres Societatis, & S. Dominici verfatur, eft circa  
fecundum punctum: an fcilicet talis cognitio futurorum  
conditionatorum fit prior decreto, & ab illo independens:  
vel illo pofterior, & in eo fundata? Sive, an Deus cog-  
nofcat actus nostros liberos, ut conditionate futuros,  
v. g. conversionem Petri, fi ponatur in talibus occafionibus,  
& circumftantiis, priusquam diuina voluntas habeat  
decretum actuale & exercitium, abfolutum ex parte sub-  
jecti, & conditionatum ex parte objecti, quo definat, ac  
determinet talem conversionem, fi Petrus in his vel illis  
occafionibus, & circumftantiis conflituatur? quod ut  
clarius percipiatur,

Notandum fecundo, Quod licet defenfores Scientia me-  
dia, admittant, vel fingant in Deo, in figno rationis an-  
tecedente, vel concomitante talem Scientiam, decretum  
quoddam generale & indifferens, concurrenti cum cauffis  
liberis, fi illa velint, vel ad quodcumque illa voluerint:  
negant tamen omne decretum determinatum, & de fe ef-  
ficax, quo Deus antecedenter ad prævisionem noftri con-  
fentis abfolute, vel conditionate determinet, quid homo  
facturus fit, & quod futuritionem noftroam actuum,  
prioritate naturæ & cauffalitate antecedat; tale enim de-  
cretum exiftimant libertati create reargere, & ideo ex  
indulgentia dixi in descriptione Scientia media, illam effe  
cognitionem certam & infallibilem futurorum conditiona-  
torum ante decretum, quo Deus prædicit, & prædetermi-  
nat illorum futuritionem; ut per hoc indicarem, totum  
pondus hujus quæftionis & controverfiæ, in eo poffimum  
verfari: an Scientia futurorum conditionatorum fit inde-  
pendens a decreto prædeterminante, & prædeterminatione vo-  
luntatis diuina, vel in eo fundata?

Notandum tertio, Cognitionem illam futurorum condi-  
tionatorum, independentem a decreto actuali & exerci-  
tio, eoque anteriorem, quam Recentiores admittunt in  
Deo, ab illis vocari Scientiam mediam. Vel quia (ut ipfi  
dicunt) mediat inter Scientiam fimplicis intelligentiæ, &  
vifionis, ac de utraque participat; eft enim neceffaria ex  
parte fubjecti, fcilicet Dei, utpote antecedens omne actua-  
le decretum liberum de futuritione rei, ficut in nobis pri-  
mæ cogitationes funt neceffaria, quia antecedunt omnem  
electionem noftro voluntatis; & effe libera ex parte objecti,  
quia terminatur ad objecta libera, ad futura fcilicet contin-  
gentia conditionata, que per illam cognofcuntur. Vel fe-  
cundo hac Scientia vocatur media, quia per illam Deus  
attingit futura conditionata, que veluti medium tenent  
locum inter mere poffibilia, que cognofcuntur per Scien-  
tiam fimplicis intelligentiæ, & abfoluta futura, que attinguntur  
per Scientiam vifionis. Vel denique (ut alii volunt)  
talis Scientia dicitur media, quia eft medium (inquirunt)  
divinitus inventum, ad evitandas hærefes Pelagii & Ma-  
filienfium, ac Lutheri & Calvinitarum, & ad conciliandam  
libertatem humanam cum divinis decretis, quatenus  
illa ponit electionem, & determinationem humanæ volun-  
tatis, prius a Deo prævifam, faltem sub conditione, quam  
aliquid definat, vel determinet circa ejus actus liberos  
abfolute futuros.

Notandum quarto, quod licet omnes fere Patres Socie-  
tatis (paucis exceptis, quos infra referemus) agnofcant  
in Deo Scientiam illam mediam, non tamen omnes eodem  
modo illam explicant & admittunt. Differant enim, in  
primis in afignando medio in quo illa fundetur: ut enim  
fupra vidimus, Molina & Becanus volunt Deum cogno-  
fcere futura contingentia & libera antecedenter ad fuum  
decretum, in cauffis fecundis, & in quadam eminentiffima  
cognitione liberi arbitrii, quam fuper comprehensione vo-  
cant. Suarez & Fonseca, in decreto ut futuro in fequenti  
figno rationis. Theophilus Raynaldus in voluntate huma-  
na, nude & folitarie fumpta, & falte divino concenfu con-  
fiderata. Alii demum, omnia illa media rejiciunt, & vo-  
lunt Deum certo cognofcere futura contingentia, tam ab-  
foluta, quam conditionata, in veritate objectiva, quam  
habere dicunt antecedenter ad decretum, & independentem  
ab illo. Secundo differant in eo quod aliqui admittunt  
hanc Scientiam, ut membrum ab aliis omnino diffin-  
ctum; alii illam reducant ad Scientiam fimplicis intelli-  
gentiæ, alii vero exiftimant, ad Scientiam vifionis com-  
modus revocari poffe. Tertio differunt in eo quod ali-  
qui profitentur, hanc Scientiam effe novam, & antiquis  
Theologis profus in cognitam; alii vero dicunt eam effe  
perantiquam, & a temporibus Auguftini, ufque ad hæc  
noftro tempora perenniter fluxiffè. De quo fufe articulo  
fequenti.

Ex his

5 Ex his facile intelligitur, quid fit Scientia media, &  
in quo conveniat, & differat a Scientia conditionatorum,  
quam Thomifta in Deo agnofcunt. Conveniunt enim in  
hoc, quod utraque eft certa, & infallibilis, & neutra  
conjecturalis folum & probabilis; fed differant in eo quod  
prima eft independentes a decreto actuali, & exercitio, eo-  
que anterior: fecunda vero, illo pofterior, & in eo fun-  
data. Prima naturalis, & neceffaria ex parte fubjecti, &  
libera folum ex parte objecti, ut antea expofuimus. Secun-  
da vero eft libera, non folum ex parte objecti, fed  
etiam ex parte fubjecti, utpote fupponens decretum, &  
liberam determinationem voluntatis diuinae. Denique Scien-  
tia media eft fpeculativa, cum non faciat, fed fupponat  
fuum objectum (liberum fcilicet confenfum voluntatis hu-  
manæ, sub conditione prævifum) & ab eo menfuretur,  
& dependeat, quantum ad veritatem & certitudinem.  
Scientia vero conditionatorum, quam nos admittimus, eft  
eminenter fpeculativa & præctica, nec menfuratur a fuo  
objecto, quantum ad veritatem & certitudinem, fed po-  
tius eft ejus regula & menfura.

ARTICULUS II.

Utrum Scientia media fit nova, & a Recentioribus inventa;  
vel antiqua, & olim a Pelagianis, & Semi-  
pelagianis afferata?

6 Scientiam mediam effe novam, & antiquis Theologis  
profus incognitam, plures ex ejus defenforibus afferunt.  
Molina enim in Concordia ad quæft. 23. art. 4. & 5.  
hæc feribit: Quia hæc noftro vario conciliandis libertatis ar-  
bitrii cum divina prædeterminatione, a nemine quem vidimus,  
fuit hucusque tradita; ideo paulo fufius exponenda. Ad-  
dit: Si ab Auguftino ex data, & explanata fuiffet, Pelagianus hæ-  
refis immixtum fuiffet excoera, neque ex Auguftini opinione,  
converfationibusque ejus cum Pelagianis, non fideles fuiffent  
turbati, nec ad Pelagianos defertiffent. Similia habet Fon-  
feca quæft. 6. Metaph. fecl. 8. ubi in Domino gloriatur, fe  
primum in Deo quamdam de actibus liberis sub conditione  
futuris excogitaffe Scientiam, quam dicit effe mediam  
inter Scientiam Dei naturalem & liberam. Annot. Vafquez,  
Molina, & Fonseca, ait enim t. p. difp. 67. cap. 7. Quis  
miratur Scholasticos Theologos, fi præter Scientiam fimplicis in-  
telligentiæ & vifionis, non aliam ponimus ejus ipfi mentio-  
nem non fecerunt? Et Granada tract. 5. difp. 3. fecl. 2. al-  
iens: Quis mirum est, fe temporum decurfu aliquid novi a  
recentioribus Theologis excogitatum fit? Denique Valentinus  
Henico 1. p. difp. 7. cap. 10. fecl. ait: Quis nefcius hæc  
Scientiam mediam latiffè Scholasticos, & a noftro Patribus,  
& recentioribus in quibus habet ortum, diligenti Patrum affe-  
ctibusque leditum? Suarez vero illis cautior & prædentior,  
effere non audet hæc Scientiam effe novam, & a Pa-  
tribus Societatis inventam, ne fclio novitatis titulo con-  
teturatur; fed contra contendit illam effe antiquiffimam,  
a temporibus D. Auguftini ufque ad hæc noftro tempora  
perenniter fluxiffè, immo & a vifceribus Auguftini, in  
quibus latebat, erutum fuiffe.

Porro talem Scientiam olim Pelagianis & Semipelagianis  
valde fuiffe familiarem eoque ad illius ufum, quæ ad por-  
tum confugiffe, ut falva libertate noftro, Dei certam præ-  
determinationem & vocationem facerent, adeo manifefum eft,  
ut vix egeat probatione: communia enim erant hæc duo  
apud illos principia, prædetermine idem effe quod præfcre,  
& quemlibet prædeterminari ex prævifo aliquo ftatus initio  
a feipfo, etiam fubgratia petito, non confequitur neceffari-  
us ufus Scientia media; ut exprefse docet Pelagius  
commentariis in cap. 8. & 9. ad Romanos. Unde D. Au-  
guftinus Epift. 105. ad Sixtum: Miram eft cum his con-  
tendatur Auguftini, in quæfta fe abrupta præcipiente, meruerit  
verba veritatis: ideo, inquit, nondum narorum alium  
edebat, fcilicet Efaum, & Jacob diligebat, quia futura eorum  
opera prævidebat, & ex iflorum operibus, Deum habere aut  
alium, aut mifericordiam. Idem habet Julianus lib. 1. opus  
inperfectum. folio 134. dicens: Non in feminibus, fed in  
moribus effe diftinctionem, fequidem Jacob & Efaum una feminis  
exceptione conceperat, & una vi parentis effufi, alteros nimium  
exivit pro diftinctione meritorum pertulerunt. Quamnam vero  
veritatem illa merita parvulorum, ex quorum præfentia  
amor Dei aut odium nafceretur, mirum eft ut ea expli-  
cant. In que deliramenta Ipsi Ipsi. Quidam dicebant  
Ipsam luctam gaminorum, aut vitio, alteri merito effe  
verfam, quod impugnat D. Auguftinus Epift. 106. Alii vo-  
lebant parvulos quorum unus poft baptifmum, alter ante  
baptifmum obierit, prævifos fi viverent aliqua bona vel  
mala opera electuros, quorum cauffa unus alteri am-  
poneret. Unde Auguftinus Epift. 105. ad Sixtum, ver-  
fus finem, fe inducit eo fequentes: Deus in eis quæ  
tunc auferre prævidit, quemadmodum videtur effe, fi vitio-  
res; & ideo quæ non inguitur noftro effe vitium, ficut baptif-  
mo facti & morti, fe in eo prævident opera mala, non quæ fe-  
cit, fed quæ facturus fuit. Idem ad Sixtum Epift. 106.

8 Idem deliramentum Semipelagianis exprefsus docuerunt,

ut aperte colligitur ex epiftola Proferpi ad Auguftinum,  
ubi refert quod cum illi a Catholicis preueniret contra  
id quod afferbant, Deum non dare dona fua gratis, nifi  
fupponendo initium aliquod bone voluntatis, exemplo  
parvulorum, qui cum omnes fint peccato originali atri-  
cti, nec in illis poffit effe ullum initium bone voluntatis;  
quidam tamen baptifmum recipiant, alii vero fine illo  
decedunt; refpondebant (ut refert idem Profer) Tales  
perdi, talifque falvari, quales facturus illos in omni majori-  
bus, fi ad adultam fervarentur aetatem, Scientia diuina præ-  
videri. Similiter cum urgeretur exemplo adultorum:  
quod enim quibusdam infidelibus prædicetur fides, il-  
lis vero non annuncietur Evangelium; vel quæ talis tempo-  
re venerit Chriftus, & non alio, non poffet reduci ad  
voluntatis meritum, cum omnes fint, vel effent fclii pec-  
cato infidelitatis conclufi, ac proinde indigni ut ad eos  
Chriftus veniret, vel eis fides annunciareretur? Refponde-  
bant (inquit idem Profer) difpenfaffe Deum tempora &  
minifteria prædicationis, juxta quod providebat aliquis credi-  
turos, & exorturos effe bonorum crediturorum voluntatem.  
Vel ut loquitur D. Hilarius Arelatenfis Epifcopus, in epif-  
tola ad eundem Auguftinum: Cum autem dicitur eis,  
quæz alii, vel alibi prædicetur vel non prædicetur Evan-  
gelium, dicitur id effe præfentia diuina, ut eo tempore, &  
ibi, & illi veritas annunciareretur, quando & ubi præfcre-  
batur effe credenda. Unde Auguftinus in libro de prædelli-  
natione Sanctorum, prædictis Proferpi & Hilarii literis  
refpondens, hoc Semipelagianorum commentum, ad merita  
parvulorum conditionate futura, fi ad adultam perveni-  
rent aetatem, recurrentium, fatis denirari non poffet,  
nam cap. 13. hujus libri fic ait: Judicari autem quemquam,  
non fecundum merita, que habuit quamdiu fuit in corpore,  
fed fecundum merita, que fuerat habiturus, fi diutius fuiffet  
in corpore, unde opinari poterunt homines, quorum ingenia  
non effe concepitilla noftro inducunt litera, & miras  
ftupens reperire non poffum, non credere audeam, nifi vobis  
non credere non audeam.

Ex his patet, præfentiam illam futurorum conditiona-  
torum, antecedenter decretum, non effe novam, nec a  
Molina vel Fonseca excogitatum, ut illi immerito glorian-  
tur, fed a Pelagianis & Semipelagianis inventam, ut fuos  
tuorunt errores, præcipue vero illum quod afferbant  
Deum homines ad gratiam & gloriam eligere ex prævifio-  
ne meritorum. Quare Proferpino initio prædictæ epiftolæ,  
Semipelagianorum doctrinam referens: Hæc (inquit) ifte  
nimis dicitur ac præfcreto effe, enim quidam hominem in Adam  
peccaffe, & non tunc per opera fua, fed per Dei gratiam re-  
generatione falvari. Qui autem credituri funt, quibus in eo  
fide, que deinceps per Dei gratiam fit gratuita, manfuri funt,  
præfcreto ante mundi conflantiam Deum, & eos prædeltinaffe  
in regnum fuum, quo gratis vocatur, dignos futura electio-  
ne, & de hac re bona fua exceffuros effe præfcreto. Et rur-  
fus in fine ejuſdem epiftolæ: Bene enim hæc invenitur &  
una fententia, qua propofitam & prædeltinationem Dei fecun-  
dum præfentiam receperunt, ne ob hoc Deus alios vafa ho-  
noris, alios vafa iræ fecerit, quia finem uniuersalique præ-  
viderit, & fub ipfo gratis adiutorio, in quo futurus effe  
voluntate & actione præfcreto. Quibus verbis aperte decla-  
rat Semipelagianos unanimiter docuille, diuinam prædelli-  
nationem ejus præfentia effe innoxiam, & Deum neminem  
prædeltinare, nifi fuppofta præfentia, qua prævidet,  
quid faciet voluntas creata, fub ipfo gratis adiutorio con-  
fultuta, & ad quid diuinum auxilium & concurfum de-  
terminabit, quod certe effe ipfiffima Scientia media. Unde  
idem Proferpino in eadem epiftola petit ad Auguftinum circa  
hanc difficultatem edoceri, & ab illo querit: Utrum præ-  
fentia Dei ita fecundum propofitam maneat, ut ea ipfa que  
funt propofita, fine accipienda præfcreto? Et rurſus illam in-  
terrogat, An per præfentiam poſſit hæc propofitum? An  
vero præfentia quodam ordine fit fubmixta propofito Dei? Id  
eft, an præfentia futurorum antecedat diuinæ voluntatis  
decretum, & fit ab illo independentes? An vero ipſum fup-  
ponat, eique imitari, ac in eo fundetur?

Denique hanc futurorum conditionatorum præfentiam,  
a decreto independentem, eoque anteriorem, quam Re-  
centiores vocant Scientiam mediam, apud Semipelagianos  
fuiffe familiarem, conſtat ex Paulo Regentii, eorum dæ-  
ce & Antefignano: Ille enim libro 2. de gratia & libero  
arbitrio cap. 2. docet magis de origine voluntatis humane  
Dei præfentiam derivari, quam opera & voluntates ho-  
minum de nuda & impulſu providentiæ caeleſtis incipere,  
& ait: De prædeltinatione Dei male intelligunt aſtruentes quod  
inde humanorum actuum cauffa noſcatur. Et c. 3. poſt qua-  
dam verba, in quibus docet præfentiam futuri conſen-  
fus prædeltinationem præcedere, concludit: Ex ſe, nisi  
præfentia exploraverit, prædeltinationem non doceret. Quod  
etiam repat cap. 6. & 7. ejuſdem libri.

Reſpondent aliqui ex Adverſariis, Semipelagianos, quo-  
rum fit mentio in Epiftolis Proferpi & Hilarii, locutos effe  
de præfentia abſoluta, non conditionata futurorum,  
fubindeque eos, locis citatis, non agnoviffe Scientiam me-  
diam, cum illa non fit futurorum abſolutorum, fed condi-  
tiona-